Lektion 3: Lektionstext T

Aufregung in der Basilika

1 Atia Antoniam exspectat. Tum amicam videt et gaudet. Atia et
2 Antonia amicae forum petunt; templa et aedificia spectant. Tum
3 basilicam Iuliam intrant et ad mercatores accedunt. Per basilicam
4 properant et ad Rutilium mercatorem contendunt. Nam Rutilius
5 bestias vendit.
6 Rutilius ante tabernam stat, amicas videt et clamat: „Salvete,
7 amicae! Hodie simiae[1] et psittaci[2] adsunt!“ Statim amicae in taber-
8 nam contendunt, simias spectant. Simiae amicas delectant.
9 Etiam mulieres tabernam intrant. Subito psittaci clamant: „Psittaci
10 adsunt! Psittaci adsunt!“
11 Mulieres psittacos audiunt et clamorem tollunt: „Quid? Quid est?
12 Quis clamat?“
13 Rutilius ad mulieres accedit et psittacos monstrat[3]. Nunc etiam
14 amicae psittacos vident. Itaque simias relinquunt et ad psittacos
15 accedunt. Subito simiae clamant.
16 Tum Rutilius: „Quid est? Cur simiae clamorem tollunt?“
17 Rutilius autem Atiam et Antoniam apud simias non iam videt:
18 „Ubi sunt amicae? Cur simiae ...?“ Subito psittaci: „Simiae! Simiae!“
19 Amicae et mulieres et Rutilius rident.

[1] sīmia Affe – [2] psittacus Papagei – [3] mōnstrāre zeigen

